מִתְבְּנֵא מִתְבְּנִין מִתְבְּנְיָא מִתְבְּנָן

Interdum legitur in Thargumin מִתְגְּלָן.

Infinitiuus.

אִתְבְּנָאָה בְּכָל אִתְבְּנָאָה

Imperatiuus.

אֶתְבְּנִי אִתְבְּנוּ אִתְבְּנְיָא & אִתְבְּנִיָא

אִתְבְּנִינָא & אִתְבְּנָן אִתְבְּנָנָא

Futurum.

אֶתְבְּנֵא יִתְבְּנֵא תִּתְבְּנֵא

תִּתְבְּנִין תִּתְבְּנֵא

נִתְבְּנֵא יִתְבְּנוֹן תִּתְבְּנוֹן

יִתְבְּנֶן תִּתְבְּנֶן vel תִּתְבְּנֶן

Dan. 3. תִּתְרְמוּן.

Participium.

Pass. מְרוֹמַם מְרוֹמְמִין Act.

Cætera facillima sunt, si analogiam superiorum serues. נְרוֹצָצָא Exultabimus, cum א paragogico. Psalm.21.

Porrò à רָם pro רוּם inuenitur רוֹמַם & רֹמַם, & passiuè אִתְרוֹמַם & אִתְרֹמַם, & sæpè אִתְרַבְרַב & אִתְרַבַּב.

V. ORDO VERBORVM, quæ in tertia radicali quiescunt. Ea partim in ה vel א, partim in Iod exeũt. Ante ה semper scribitur camets, ante א Babylonicè fere, Syriacè camets: חֲדִי קְרָא מְנָא בְּעָה legitur tamen in Daniele חֲוָא pro חֲזָה. Quædam ex desinentibus in ה flectuntur perfectè: vt תְּמַרְּ &c.

Præteritum.

בְּנָה	
בְּנָת	
בְּנֵית & בְּנַיְתְּ vel בְּנֵית	בְּנַיְתְּ
בְּנֵית	
בְּנָאח	בְּנוֹ
בְּנֵיתוֹן	בְּנֵיתֵן
בְּנֵינָא	

Tertia femin. singul. scribitur cum ˙ vt ostendatur quies: etsi non semel cũ pathahh reperias: sed passiua coniugatio pathahh habet: sic illa quæ desinunt in Iod. Nec malè eandem personam cum Syris efferas בְּנָת instar perfectorum. Interdum א exprimitur: vt Dan.2. מְלָאת. Huiusmodi sunt illa apud Hebr. וְקָרָאת & וְעָשָׂת.

Secunda inuenitur Dan.3. cum fere sub secunda חֲזֵת. Item cum Iod mobili & ח paragogico חֲזַיְתָּה. hæc forma est verior; præcipuè cùm vltima desinit in ח vel א. Illud enim proferendum esse indicat geminum Iod expressum, tum in libris impressis, tum in manuscriptis iis qui punctis carent. (quod & vsuuenit in prima persona: vt גליית scriptum inuenimus, perinde ac si גְּלֵית more perfectorũ esset efferendum.) Legitur רְבֵית Magnificatus es. Dan.2. forma Syrica.

Item prima singul. scribitur in Daniele cum fere, & hiric, sub secunda, בְּנִית & צְבִית, quæ forma est planè Syrica. In Thargumin interdum etiam Iod in fine additur גְּלֵיתִי. In Gemara desinit in אי vt חֲזֵי Vidi, רְמֵי Ieci; quæ scribuntur sine punctis רמאי חזאי.

Tertiæ plural. mascul. semper exeunt in Vaf holem, præter ea, quæ quiescunt in Iod, quæ exeunt in Vaf sic שְׁרִי חֲדִי חֲדִיו שריאו חדיאו quæ scribũtur sine pũctis שְׁרִיו Illas tamen cum schurec interdum inuenias, vt מְטוּ Dan.6. חֲווּ ibid.

Tertia femin. hanc formã habet cùm vltima est Iod נְתָנָה, & cum Nun כְּתִבָן Gen.26. Vulgare enim est tertiis personis assumere Nun in fine, vt diximus in perfectis. [Legitur Prou.vltim. קְנִי Acquisierunt. quod plurale femin. est Syricum. vide Grãmaticam Masij.] Vnum est apud Danielem cũ א addititio אֲשְׁתִּיו Biberunt. *Benoni.*

בְּנֵה בָּנִין בָּנְיָא בָּנֶן

Aliquando cum א קָרָא vel Iod שָׁתֵי טָעֵי Inuenitur apud Auct. Gemaroth masc. plur. participiorũ huius ordinis formari in וּ קָרוּ Vocates. Et in Pail מְנָצוּ Rixantes.

Pass.	אֶתְשֵׁם	יִתְשֵׁם	תִּתְשֵׁם	תִּתְשֵׁם	תִּתְשַׁמְּין
	vel אֶתְשָׁם				
	יִתְשֵׁם	יִתְשַׁמּוּן	תִּתְשַׁמּוּן	יִתְשַׁמְּין	תִּתְשַׁמְּין
	vel יִתְשָׁם				

תִּתְרַשׁ Esr.24. Dan.2. יִתְשַׁמּוּן.

PAEL habet Iod mobile, præter pauca Quadrata מְרוֹמַם Daniel.4. & 5. תְּתְרוֹמְמִתְּ quæ formam Hebr. referunt.

Præteritum.

קַיֶּם	קַיְּמַת vel קַיֶּמֶת	קַיְּמוּ	קַיְּמָא	
קַיְּמְתָּ	קַיְּמְתּוּן	קַיְּמְתֵּן		
קַיְּמֵת	קַיְּמָנָא			
Pass. אִתְקַיֶּם	אִתְקַיְּמַת &	&c.		

Vt apud Rabbinos a בּוּשׁ formatur בִּיֵּשׁ à גּוּר גָּר. Reperitur à דִּן passiuum Psal.119. אִתְדַּיְּנַת pro אִתְדִּינַת, etsi eo loco in alio codice passiuum Cal sit אִתְדִּנַת.

Benoni.

Act.	מְקַיֶּם	מְקַיְּמִין	מְקַיְּמָא	מְקַיְּמָן
Pass.	מִתְקַיֶּם	מִתְקַיְּמִין	מִתְקַיְּמָא	מִתְקַיְּמָן

Peil.

מְקַיֵּם מְקַיְּמִין מְקַיְּמָא מְקַיְּמָן

Infinitiuus.

קַיְּמָא לְקַיָּמָא

Et Syriacè לְמִקְיָם vt dictum est.

Legitur Psal.119. בְּאִתְדַּיְּנָה pro בְּאִתְדִּינָה.

Imperatiuus.

קַיֶּם קַיְּמוּן קַיְּמִי קַיְּמָנָא

Futurum.

Act.	אֲקַיֶּם	נְקַיֶּם	תְּקַיֶּם	תְּקַיֶּם	תְּקַיְּמִין
	נְקַיֶּם	נְקַיְּמוּן	תְּקַיְּמוּן	נְקַיְּמָן	תְּקַיְּמָן
Pass.	אֶתְקַיֶּם	נִתְקַיֶּם	יִתְקַיֶּם	תִּתְקַיֶּם	תִּתְקַיְּמִין
	נִתְקַיֶּם	יִתְקַיְּמוּן	תִּתְקַיְּמוּן	יִתְקַיְּמָן	תִּתְקַיְּמָן

APHEL.

Præteritum.

Act.	אֲקִים	אֲקִימַת	אֲקִימוּ	אֲקִימָא
	vel אֲקִים			
Pass.	אֲקִימַתְּ	אֲקִימְתּוּן	אֲקִימְתֵּן	
	אֲקִימַת	אֲקִימוּ	אֲקִימָא	
	אֲקִימְתּוּן	אֲקִימְתֵּן		
	אֲקִימְנָא			

Participium vtrunque, & cætera tempora sic possunt analogicè formari.

מֲקִים vel מָקִים מְקִימִין מְקִימָא מְקִימָן

Et cum ח מְהֵקִים. Rarius inuenitur passiuè. Potest in plurali magnæ vocales manere inuariatę, nam à מְהֵקִים diceretur מַהֲקִימִין, vel cõtractè מְקִימִין siue מְקִימִין. Nam ferè camets primæ syllabæ Chaldæis vbique inuariatum permanet.

Infinitiuus.

אֲקָמָא לַאֲקָמָא

Interdum venit more Quiescentium Lamed Iod, אוֹקִים, Auct.Gem. אוֹקִי

Imperatiuus.

אֲקִים אֲקִימוּ אֲקִימִי אֲקִימָנָא

Isa. 32 legitur אֲצִיתָא pro secunda plurali femin. vt Gen. אֲצִיתְּ sed sine א, in editione Complutensi.

Futurum.

אֲקִים	נְקִים	תְּקִים	תְּקִים	תְּקִימִין	
נְקִים	נְקִימוּן	תְּקִימוּן	נְקִימָן	תְּקִימָן	

Vel אָקִים per ˙ potiùs, nam Daniel 2. legitur תָּקֵף cum camets. Ezr.4. יַהִּיטוּ quod est sine Nun, & 6. יְהֵתִיבוּן.

Forma passiua analogicè sic potest formari אָקִים.

QVADRATA.

רוֹמֵם	רוֹמֵמְתּ	רוֹמֵמוּ	רוֹמֵמָא	
רוֹמַמְתָּ	רוֹמַמְתּוּן	רוֹמַמְתֵּן		
רוֹמֵמְת	רוֹמֵמְנָא			

Sic חִתְרוֹמַם & reliqua.

Benoni.

מוֹבֵד מוֹבְדִין מוֹבְדָא מוֹבְדָן

Babylonij libenter retinent ה מְחוֹרַע. Dan.2. legitur מְחֵיֵמָן.

Infinitiuus.

אוֹסָפָא לְאוֹסָפָא חוֹבָדָא לְהוֹבָדָא

Et Syrice לְמוֹבְדָא

Imperatiuus.

אוֹסֵף אוֹסְפוּ אוֹסְפִי אוֹסְפָנָא

Futurum.

אוֹסֵף	יוֹסֵף	תּוֹסֵף	תּוֹסֵף	תּוֹסְפִין
נוֹסֵף	יוֹסְפוּן	תּוֹסְפוּן	יוֹסְפָן	תּוֹסְפָן

Aliquando retinet ה אָהוֹבַד אֲחוֹרַע. Et nonnunquam (sed minus rectè) mouetur א, אֲאֶכֶל Psal. 51.

PASSIVVM.

הוֹסַף	
הוֹסַפְתָּ	
הוֹסַפְתְּ	הוֹסַפְתּ

&c. הוֹסַפּוּ

Participium analogicè sic, מוֹסַף מוֹבַד.

Passiuum א'χρηστον.

DE QVARTO VERBORVM ORDINE, IN QVIBVS media quiescit.

Quiescunt pleraque omnia in cames, & quædã in Iod fere, קָם בָּת מִית טִיב בִּית.

Præteritum.

שָׂם	שָׂמַת	טִיב	טִיבַת
שָׂמְתָּ	שָׂמְתְּ	טִיבְתָּ	טִיבְתְּ
שָׂמֵת		טִיבַת	
שָׂמוּ	שָׂמָא	טִיבוּ	טִיבָא
שָׂמְתּוּן	שָׂמְתֵּן	טִיבְתּוּן	טִיבְתֵּן
שָׂמְנָא		טִיבְנָא	

Passiuum אִתְשָׂם &c.

שָׂמַת Forma eiusmodi inuenitur Hebraicè וְשָׂבַת Ezech. 46. & in alio ordine אָזַלַת & quædam alia.

Reperias hic passiuum more Quiesc. Pe Iod, à תָּב Rediit, אִתּוֹתַב Restitutus est, vel responsum accepit.

Benoni.

שָׂאֵם & שָׂם שָׂיְמִין שָׂיְמָא שָׂיְמָן

מְתָשָׂם מְתָשְׂמִין מְתָשְׂמָא מְתָשְׂמָן

עָיֵל עָיְלִין עָיְלָא עָיְלָן

Apud Danielem semper scribitur א, זְאִעִין, sed Massoritæ præcipiunt legendũ Iod. Vnum tamen reperimus cum א אָאֲמָא Dan.7.

Peil.

שִׂים שִׂימִין שִׂימָא שִׂימָן

Dan.5. legitur שָׂמַת iuxta formã Paul Hebræi in regimine.

Infinitiuus.

מְשָׂם לְמְשָׂם Actiu.

Et מְתוּב in Eccles. Item scribitur Ezr.7. cum scheua לְמֶהֱךְ quæ lectio videtur rectior; cùm Syri ita scribant.

לְאִתְשָׂמָא Pass.

Imperatiuus.

שִׂים	שִׂימוּ	שִׂימִי	שִׂימָנָא	Act.
תּוּב	תּוּבוּ	תּוּבִי	תּוּבְנָא	
אִתְּתַן	אִתְּתָנוּ	אִתְּתָנִי	אִתְּתָנְנָא	Pas.

Syriacè interiicitur א, vt דַּאנוּ דָּנוּ Iudicate: quod & in præterito fit, cùm pro דָּם inuenitur דָּאִם Sese extulit.

Legitur Isa.32. קוּמָא Surgite, pro secũda femin. plural.

Futurum.

Act.	אֲשׂוּם	יְשׂוּם	תְּשׂוּם	תְּשׂוּם	תְּשׂוּמִין
	נְשׂוּם	יְשׂוּמוּן	תְּשׂוּמוּן	יְשׂוּמָן	תְּשׂוּמָן

תְּהֵךְ Ezr.5 à verbo תָּךְ in quibus 2. quiescit in ˙. In plurali יְהֵכוּן vel יְהֵכוּן

TERTIVS VERBORVM ordo, in quo prima quieſcit.

PRÆTERITVM. Quieſc. א.

Paſſiu. *Actiu.*

אֶמַר אֲמָרַת אִתְאֲמַר אִתְאֲמָרַת
& אֲמַרְתָּ & אִתְאֲמַרְתְּ &
אֲמָרֵת &c. אִתְאֲמָרֵת &c.

Benoni.

אָמַר אָמְרִין
אָמְרָא Compo-

nitur autē sic אָמְרַתְּ אָמְרָנָא אָמְרִיתוּן אָמְרִינָן.

Peil.

אֲמִיר אֲמִירִין אֲמִירָא אֲמִירָן

Infinitiuus.

מֵימַר vel מֵאמַר לְמֵימַר & לְמֵאמַר

Et ſine Iod מַר (Rabbinicè לוֹמַר, Auct. Ge. לֵימָא, vt in quieſcētibus Pe Iod לוֹמַח.

Imperatiuus.

אֱמַר אֱמָרוּ אֱמָרִי אֱמָרְנָא

Secunda habet ſæpe kibbuts אֶכֶל, & aliquando fere vel hiric אֵזֶל quod vertitur Ezr. 5. cum maccaph in ſegol אֶזֶל.

[Auct. Gemaroth זַל זְלוּ זְלִי זַלְנָא]

Futurum.

אֵימַר vel אֵמַר תֵּימַר תֵּאמַר תֵּאמְרִין
יֵימַר נֵאמַר יֵאמְרוּן תֵּאמְרִין יֵאמְרָן תֵּאמַרְנָה

יֵיבַב & יֵילַךְ quidam putant יֵלַף ſcribendum. [Auct. Gemar. נֵימָא] Interdum א planè quieſcit, vt Hebraicè Ier. 2. תְּזַלִּי.

Et cum kibbuts אֵיכֶל יֵיכֶל & אֵכֶל יֵאכֶל ab אָכַל Comedere. vt differat à יָכַל futuro, à יָכֹל poſſe.

QVIESCENTIA PE IOD.

Paſſiu. *Præteritum* *Actiu.*

& c. אִתְיְהַב יְהַב
Aliquando vertitur Iod יְהַבְתָּ
in Vau quieſcens, vt וְקַר יְהַבַת
יְהַבוּ יְהַבָא pro אִתְוַתַב, יְתַב &
Cōmoratus eſt, quæ vox יְהַבְתוּן יְהַבְתֵּן
infrà capitur pro Reſtitu- יְהַבְנָא
tus eſt, reſponſum accepit.

Benoni.

יְהַב יְהַבִין מְתְיְהַב מְתְיְהַבִין
יְהַבָא יְהַבָן מְתְיְהַבָא מְתְיְהַבָן

Peil.

יְהִיב יְהִיבִין יְהִיבָא יְהִיבָן

Infinitiuus.

מִיהַב לְמִיהַב אִתְיְהָבָא לְאִתְיְהָבָא

Imperatiuus.

הַב הָבוּ אִתְיְהַב אִתְיְהָבוּ
הָבִי הָבְנָא אִתְיְהָבִי אִתְיְהָבְנָא

Futurum.

אֵיהַב יֵיהַב &c. אִתְיְהַב &c.
יִתְיְהַבִין & יְהַבָן

PAEL nihil differt à perfectis. vt בַּשׁ &c. בַּשְׁתָּ אִתְיַבֵּשׁ. Et Dan. 6. legitur אִתְיַעַטוּ quod eſt paſſiuæ vocis.

APHEL QVIESCENTIVM PE Aleph vel Iod. Quæ ab א incipiunt, ſæpe in Vaf holem quieſcūt הוֹבִיר אַבַּר, אוֹשִׁיר אַשַּׁר. Et Syriacè habent Iod mobile אֵיכֵל אַכַּל. Eadem ratione mutātur quæ à Iod incipiunt, vt הוֹרִיד יֵרַד, אַיְגִיךְ יְנַךְ.

Præteritum.

הוֹסֵף הוֹסֶפֶת הוֹסְפוּ הוֹסְפָא
הוֹסַפְתְּ הוֹסַפְתּוּן הוֹסַפְתֶּן
הוֹסְפָת הוֹסַפְנָא

Aliquando legitur Iod ſere חֵיבֵל Ezr. 5. In vno א in Iod (vt quibuſdam placet) migrat הֵימִין pro הָאֵמִין.

Benoni

Verba incipiētia à Iod, ſæpiſſimè Nun per epentheſin ſibi aſciſcunt.

[Rabbini interdum ad hunc modum efferunt Infinit. לִשֵּׁב, & ſine punctis לישב לִלֵּךְ à לילך.]

Imperat.

דַּע דְּעִי דְּעוּ דְּעָנָא

Futurum.

אֵדַע
יֵדַע תֵּדַע תֵּדְעִי תֵּדְעִין
נֵדַע
יֵדְעוּן תֵּדַעְנָה יֵדְעָן תֵּדְעָן

Sic à יָכֹל fit futurum אֵכֶל יָכֹל.

Quædam in hoc ordine habent ſere nōnunquam hiric יְהֵב Dan. 7. à יתב Sedit.

PRÆTERIT. PASS.

אִתְיְדַע אִתְיְדְעַת vel אִתְיְדַעַת
&c. אִתְיְדָעְתָּ

Benoni.

מִתְיְדַע מִתְיְדְעִין
מִתְיְדְעָא מִתְיְדַעְנָן

Infinitiuus.

אִתְיְדָעָא

Imperatiuus.

אֶתְיְדַע אִתְיְדְעוּ
אִתְיְדְעִי אִתְיְדַעְנָא

Futurum.

&c. אֶתְיְדַע

PAEL in hoc ordine planiſſima eſt, & paradigma perfectorum imitatur.

APHEL ſæpe primam literam amittit, aliquando retinet.

PRÆTERITVM.

אַסֵּק אַסְּקַת vel אַסְּקֵת אַסְּקוּ אַסְּקָא
אַסְּקָתְּ אַסְּקָתּוּן אַסְּקָתֶּן
אַסְּקֵת אַסְּקָנָא

נָחַת à מַחַת, זָלַף à מַקַף אַזְקַף.

BENONI.

מַסֵּק מַסְּקִין מַסְּקָא מַסְּקָן

Legitur Eſth. 4. מְחַנְּקַת in regimine.

מַחַת Ezr. 4. à נָחַת cum pathahh, nā ante ח puncta parua melius collocantur. Et expreſſo ח coniugationis מְהַחֲתִין reponentes, vel repoſiti. nam Benoni nihil differt interdum à Peil, quod analogicè habere ſolet pathahh ſub ſecunda, vt מַקְּפִין מְקַפִּין Circundatæ. Deut. 3.

Infinitiuus.

לְאַסָּקָא & in regimine לְאַנְּזָקַת

Imperatiuus.

אַסֵּק אַסְּקוּ אַסְּקִי אַסְּקָנָא

Futurum.

אַסֵּק נֵסֵּק תַּסֵּק תַּסְּקִין
נַסֵּק תֵּסְּקוּן נַסְּקָן תַּסְּקָן

Inueniuntur quædam cum Nun radicali, vt תְּחַנְּקִין Ezr. 4. vt Iob 15. וּתְחַנְּפָן vbi etiam ה coniugationis exprimitur.

Item Ezr. 4. תַּחַת reperitur; quod falsò pro paſſiuo accipit R. Salomoh.

PASSIVVM.

אִסַּק אִסְּקַת & אִסְּקֵת
אִסַּקְתְּ
אִסְּקַת
אִסְּקוּ אִסְּקָא
אִסַּקְתּוּן אִסְּקָתֶן
אִסְּקָנָא

Paſſiua nō reperiuntur, ſed analogicè formari poſſunt מְקַף מְקַף מְסַק. Et אִתַּת.

מִנְקַף vel מִנְפַּק [Auctores Gemaroth נְגוֹרֵי נְטוֹרֵי] Exod. 23. legitur cum א Mandea בְּמִפְקָא רְשָׁנָא ἐν τῷ ἐξελθεῖν τὸν ἑαυτόν.

Imperatiuus.

פֶּק sic חֵת חֲתוּ
פָּקוּ חֲתִי חֲתָנָא
טַר טָרִי
סָב סְבִי

Rarius Nun in Imperatiuo apparet.

Futurum.

אֶחַת vel אֵתַת
יֵחַת al. יֵתַת תֵּחַת vel תֵּתַת
תַּחַת תֶּחָתִין
נֵחַת
יֵחָתוּן יֶחָתִין
נֵחָתִן תֵּחָתִן

Quædam etiam in fine habent ſere אֶנְתַּן & אֶפֵּל.

PRÆTERITVM PASS.

אִתַּחַת vel אִתְּחַת אִתְּחָתַת
אִתְּחַתְּ אִתְּחָתָתְּ
אִתְּחַתַּת
אִתְּחַתּוּ אִתְּחַתָא
אִתְּחַתְּתּוּן אִתְּחַתְּתֶן
אִתְּחַתְּנָא

Paſſiua vox rariùs perdit Nun, vt à נְתַּס apud Dan. יִתְּנְסַח legitur. Inuenitur maximè apud Auct. Gemaroth אִתְּצַל pro אִתְּנְצַל. אִתְּפַּק אִתַּפְּקַת & c.

Benoni.

מִתְּחַת מִתַּחְתִּין
מִתַּחְתָּא מִתַּחְתָּן

Legitur 1 Reg. 10. מִתַּפְּקִין.

Infinitiuus.

אִתְּחָתָא לְאִתְּחָתָא

Imperatiuus.

אֶתְּחַת אִתְּחַתוּ
אֶתְּחַתִי אִתְּחַתְנָא

Futurum.

אִתַּחַת
יִתְּחַת תִּתְּחַת
תִּתַּחְתִּין
נִתְּחַת
יִתְּחָתוּן תִּתַּחְתּוּן
יִתַּחְתָּן תִּתַּחְתָּן

Quæ verè defectiua Iod ſunt, Hebr. more vbique defectum Iod, per daghes in ſecunda poſitum ſupplerent, ſeruili litera præfixa, vt וְקַף quod in Cal non reperitur: in Hiphil אַקַּף &c.

PERÆTERITVM ACTIV.

יָדַע & יְדַעַת יְדַע
יְדַעְתָּ
יְדַעַת
יָדְעוּ יָדְעָא
יָדְעוּתּוּן יְדַעְתֶּן
יְדַעְנָא

Benoni.

יָדַע vel יָדֵעַ יָדְעִין
יָדְעָא יָדְעָן

Componitur autem hoc modo:

יָדְעָנָא יָדְעַתְּ
יָדְעִינָן יָדְעִיתוּן

Fallitur Elias cum ſuis, qui יְדַעְנָא cum ſeua ſcribunt, nullum diſcrimen inter Præteritum & Benoni compoſitum facientes.

Peil.

יָדִיעַ יְדִיעִין
יְדִיעָא יְדִיעָן

Infinit.

מְדַע & מִנְדַּע

Futurum.

אֶתְקַן vel אֶצְקַן

יַתְקַן	תַּתְקַן
תִּתְקַן	תַּתְקְנִין

נַתְקַן

יַתְקְנוּן	תַּתְקְנוּן
יַתְקְנָן	תַּתְקְנָן

Et vltima gutturali חער, אֶצְמַח & אֶקְטַר.
Veteres ה in medio ſeruant aliquando יְהַשְׁפֵּל Dan.7. תְּהַשְׁכַּח Ezr.4.

Præteritum Paſſ.

חֻתְקַן vel אֻתְקַן

אֻתְקְלַת	אֻתְקַן
אֻתְקַנְתְּ	אֻתְקַנְתָּ

אֻתְקְנֶרֶת

אֻתְקְנוּ	אֻתְקַנָּא
אֻתְקַנְתּוּן	אֻתְקַנְתָּן

אֻתְקְנָנָא

Si prima fuerit gutturalis, hæc eſt forma, חֻחְרַב חֻחְרְבַת חֻחְרְבַת.
Dan.4. חֻתְקְנַת fortè pro חֻתְקְבַת, niſi tertiam perſonam eſſe malis.

Participium.

מְתְקַן

Secundum analogiam ſic poſſet formari, vt vult Caninius, aliis refragantibus; cùm מְקַקְּפִין Circũdatæ, & מְחַחְתִּין Repoſiti, vt exponunt, voce paſſiua cum - ſub מ reperiatur. Ezr.6. cum ח expreſſo pro מְחַתִּין.

Infinitiuus.

ſecundum analogiam אֶתְקְנָא

Imperatiuus.

Vox paſſiua hic non formatur.

Futurum.

Vox paſſiua ſic poſſet formari:

אֶתְקַן	יַתְקַן

Eſt & CONIVGATIO ſimilis Quadratæ, quam inclinare licebit, vt ſuprà Pael: nam ei vicina eſt.

Præteritum.

סוֹבֵל סוֹבֶלֶת סוֹבְלָתְ סוֹבְלָתְ סוֹבֶלֶת vel סוֹבֵל
סוֹבְלוּ סוֹבְלָא סוֹבְלָתּוּן סוֹבְלָתָן סוֹבְלָנָא

Et vltima gutturali חער, אוֹחַר & סוֹבַר.
Hithpael ſic poteſt formari analogicè אִסְתּוֹבֵל.

Benoni.

מְסוֹבְלִין מְסוֹבֵל vel מְסוֹבֵל &c.

Paul.

מְסוֹבָל מְסוֹבָלִין &c.

Imperat. *Infinit.*

סוֹבֵל	סוֹבְלִי	סוֹבָלָא בְּכָל מִלָּא
סוֹבְלִי	סוֹבְלָנָא	

Futurum.

יְסוֹבֵל אֲסוֹבֵל &c. vt ſuprà.

SECVNDVS ORDO

Verborum, quorum deficit prima litera radical. נ vel Iod.

Præteritum Actiuum.

נָפַק נְחַת vel נְחֵת נָחֲתַת

נָחֲתַתְּ	נָחֲתָתְּ

נָחֲתַת

נָחֲתוּ	נָחֲתָא
נָחֲתְתּוּן	נָחֲתְתָּן

נָחֲתְנָא

Benoni.

נָחֵת	נָחֲתִין
נָחֲתָא	נָחֲתָן

Infinitiuus.

מֵחַת vel מְחַת בְּכָל מִלָּא מְחַת

אִתְפַּלְגוּ אִתְפַּלַּגָא
אִתְפַּלְגוּן אִתְפַּלַּגְתָּן

אִתְפַּלְגָנָא

Hæc coniugatio differt ab Ithpeal Cal, quòd hæc ſit affecta daghes, præcedente pathahh, illa leuis. Dicitur אִתְקְטֵל & אִתְקַטֵּל. [b]Et vltima ר ſcribitur cum ֶ֫ אִתְקַטֶּרֶת. Hic habet locum metatheſis ſuprà dicta in Ithpeal, vt אִזְדַּמַּן &c.

PARTICIPIVM.

מִתְפַּלַּג מִתְפַּלְגִין
מִתְפַּלְגָא מִתְפַּלְגָן

Inuenitur interdum retinere א.
מְשִׁתַּכַּל Dan.7.

INFINITIVVS.

אִתְפַּלָּגָא לְאִתְפַּלָּגָא
[Auctorib. Gemaroth אַפְלוּגֵי לְאַפְלוּגֵי]

IMPERATIVVS.

אֶתְפַּלַּג אֶתְפַּלְגוּ
אֶתְפַּלְגִי אֶתְפַּלְגָנָא

FVTVRVM.

אֶתְפַּלַּג

יִתְפַּלַּג	תִּתְפַּלַּג
תִּתְפַּלַּג	תִּתְפַּלְגִין

נִתְפַּלַּג

יִתְפַּלְגוּן	תִּתְפַּלְגוּן
יִתְפַּלְגָן	תִּתְפַּלְגָן

CONIVGATIO אַפְעֵל

transitiua, vt Hiphil Hebræorum.

PRÆTERITVM ACTIV.

אַתְקֵן אַתְקֵנַת & אַתְקְנַת
אַתְקֵנְתְּ אַתְקְנַתְּ

אַתְקְנַת & אַתְקֵנַת

אַתְקְנוּ אַתְקֵנָא
אַתְקְנְתּוּן אַתְקְנְתֵּן

אַתְקְנֵנָא

In Daniele ה interdum ponitur pro א.
Duo ſunt, iuxta ſententiam quorundam, apud Hebræos huiuſmodi, cum א pro ה אַבְרֵךְ Pone genu. Gen.41. & אֲגַאֲלְתִי Inquinaui. Iſa.63.

Ain deſinet in pathahh, ſi Lamed ſit חער, אַצְלַח. אִשְׁכַּחַת Daniel.2. inuenitur pro אַשְׁכְּחַת, quod fit fortè propter gutturalem. Legitur Danielis 7. hoc modo הֲחֵיכְנוּ forma Hebraica ſub literis prioribus.

PARTICIP. BENONI.

מַתְקֵן מַתְקְנִין
מַתְקְנָא מַתְקְנָן

Exprimitur interdum ח coniugationis Ezr.6. מְחַחְצָפָה Dan.2.
Cùm vltima eſt חע & ר, ſecunda radic. habet pathahh, vt מַצְלַח.

PAVL.

מַתְקַן מַתְקְנִין &c. vt Benoni.

Interdum confunditur cum Benoni, vt in Piel מַכְסַף Confuſus. Pſal.74. quod tamẽ in Nebienſi ſcribitur מְכַסַּף Ithpael.
[Auctoribus Gem. אַשְׁכּוּחֵי אַתְקוֹנֵי אַגְמוּרֵי]

INFINITIVVS.

אַתְקָנָא לְאַתְקָנָא
חַשְׁלָמָה לְאַשְׁלָמָה

Et in conſtructione א vertitur in ד, לְאַגְזָקַת מַלְכִין Ezr. 4. Inuenitur Infinitiuus cum מ more Syrorum לְמַשְׁמְעָא.

IMPERATIVVS.

אַתְקֵן אַתְקְנוּ
de quo ſuprà. אַבְרֵךְ
אַתְקְנִי אַתְקְנָא

Et interdum cum נ אִנְחֲרִין Præluce.

III. CONIVGATIO quæ dicitur PAEL.

Hic fiunt actiua quæ erant in Cal neutra. Sunt tamen ſub hac forma neutra, vt חַלַּךְ &c. Cùm media eſt gutturalis vel ר, tunc - plerumq. mutatur in ַ, vt apud Hebræos Piel.

PRÆTERIT.

פַּלַּג פַּלֵּג & פַּלֶּגֶת

פַּלַּגְתְּ vel פַּלַּגְתִּ	פַּלֶּגֶת & פַּלֵּגֶת

פַּלְּגוּ	פַּלַּגָא
פַּלַּגְתּוּן	פַּלַּגְתֵּן

פַּלַּגְנָא

Tertia perſona maſc. interdũ eſt cum ſere vel pathahh, maximè cùm Lamed eſt חער, פַּעַל vel פְּעַל. Femin. habet tum geminum ſegol, cùm vltima eſt ר, קַטֶּרֶת. Et interdum hiric vel ſere ſub ſecunda, פַּלֶּגֶת & פַּלַּגַת. ſic & primam perſonam inuenias.

PARTICIPIVM vtrumque.

מְפַלַּג מְפַלְּגִין
מְפַלְּגָא מְפַלְּגָן

Sed ponitur frequentiùs in paſſiuo pathahh ſub ſecunda מְבָרַךְ id eſt, Benedictus. cæteræ voces eædem. itaque iudicio opus eſt, ſitne מְבָרְכִין Benedicentes, an benedicti. Inuenitur fœmin. emphaticum Daniel.2. מְסַתְּרְתָא Occulta.
מ nunquam deperditur, vt quidá putant: nam מְבָרֵי quod in nonnullis codicibus malè ſcribitur, eſt Benoni Cal מְבָרֵי, vt rectè habent alij codices. Componitur autem hoc modo:

מְפַלַּגְנָא מְפַלַּגְתְּ
מְפַלְּגִין מְפַלְּגִיתוּן

INFINITIVVS.

פַּלָּגָא בְּכָל פַּלָּגָא

Cum affixis mutatur in ות, vt לְפַלָּגוּתֵהּ.
Interdum מ præfigitur, maximè in Hagiographis:

לְמִקְבָּלָא מִבְשָׂרָא

Legitur & ſine א, ſed rariùs שְׁלַח. Geneſ.8.

[Auctorib. Gemaroth פַּלּוּגֵי לְפַלּוּגֵי]

IMPERATIVVS.

פַּלַּג פַּלְּגוּ
פַּלְּגִי פַּלַּגְנָא

Et ſi vltima ſit חער, שַׁבַּח פַּשַּׁר.

FVTVRVM.

אֲפַלַּג

יְפַלַּג	תְּפַלַּג
תְּפַלְּגִין	

נְפַלַּג

יְפַלְּגוּן	תְּפַלְּגוּן
יְפַלְּגָן	תְּפַלְּגָן

Et vltima gutturali חער, in fine pathahh אֲקַטַּר Ligabo.

אית interdum inuenitur cum ֵ֫ & ֶ֫ וְאֶבַרֵּר vel וְאֵבַרֵּר, vt apud Hebræos legitur אֶזְרֶה & אֲטַעֵר, non autem אֵזְרֶה, vt perperam antea ſcribebant. nam Iod oſtendit in hac perſona, & alibi ֵ֫ vel ֶ֫ quæ puncta inter ſe facilè permutantur.

Prima eſt interdum cum א paragogico, ſed rariùs, נְשַׁבְּחָא.

PASSIVA אִתְפַּעַל.

אִתְפַּלַּג [b]אִתְפַּלַּגַת

[a]Inuenitur cum ה loco א.

אִתְפַּלַּגְתְּ אִתְפַּלְּגָת
אִתְפַּלַּגַת

CONIVGATIO QVÆ VOCATVR אִתְפְּעַל.

Præterit.

אִתְכְּתַב	אִתְכְּתַבַת
אִתְכְּתַבְתָּ & תְּ	אִתְכְּתַבְתְּ
אִתְכְּתַבְרַת	
אִתְכְּתַבוּ	אִתְכְּתַבָא
אִתְכְּתַבְתּוֹן	אִתְכְּתַבְתֵּן
אִתְכְּתַבְנָא	

Legitur א cum ¨ vt Dan.7. אִתְחֲזֵרָה, vt apud Syros qui ſegol gaudent. Eiuſmodi inueniuntur in Hebr. cum א, אִתְחַבַּר אֶשְׁתּוֹלַל. Femin. cùm vltima eſt ר ſic ſcribitur אִתְגְּזֵרַת Dan.2. Sæpè ת cadere ſolet, ac tum præcipuè cùm Pe fuerit דטת euphoniæ cauſa: vt אִטְבַּע pro אִתְטְבַּע, & אִדְבַּר, ſic אִכְתַּב pro אִתְכְּתַב, & אִנְגַּר pro אִתְנְגַּר & infinita alia.

Prima plural. vt apud Syros, etiam terminatur in An, vt Pſal. 125. אִשְׁתַּזְבְנָן.

Falluntur qui dicunt, Niphal Hebræũ in Chaldaiſmo interdum reperiri: nam Malach. 2. נִשְׁתַּקַּר quod in Venetianis Bibliis perperam ſcribitur, in manuſcripto Hiſp. eſt נִשְׁתַּקַּר prima perſona futuri.

Non eſt ſilentio prætereundum, Iod paſſim in manuſcripto codic. Hiſp. & in editione Complut. ſcribi pro א indifferenter, יִתְגְּלִי pro אִתְגְּלִי, ita vt ſæpiſſimè præterita à futuris diſcerni nequeant. quod ideo factum eſſe creditur, quòd ſint qui eodem modo efferant אִפְקוֹד & יִפְקוֹד.

BENONI.

מִתְכַּתַּב	מִתְכַּתְּבִין
מִתְכַּתְּבָא	מִתְכַּתְּבָן

Quædam reperiuntur, ſed pauca admodum, א præteriti retinere pro מ, vt אַשְׁכְּחָא in Iob, niſi ſit error librariorum. Eliditur ſæpe ת vt מְכַּתֵּב.

INFINITIVVS.

אִתְכַּתָּבָא	בְּכָל אִתְכַּתָּבָא
	מִלְּאִתְכַּתָּבָא

Duo reperiuntur in impreſſis libris ſine paragoge א contra normam, אִתְפְּרַע & אִתְכְּפַר, quæ in manuſcriptis ſcribuntur cum א. Inuenitur etiam cum מ loco א Syrorum more, Pſalm.118. לְמִתְרְחָצָא & alibi.

[Auctores Gemaroth אִכְתּוֹבִי].

IMPERATIVVS.

אִתְכַּתַּב	אִתְכַּתְּבוּ
אִתְכַּתְּבִי	אִתְכַּתַּבְנָא

Et amoto ת, אִכַּתַּב vnde in Euangelio אִפַּתַּח pro אִתְפַּתַּח. Solet ſub א ſcribi ſegol, ad differentiam præteriti.

FVTVRVM.

אִתְכַּתַּב

יִתְכְּתַב	תִּתְכְּתַב
תִּתְכַּתַּב	תִּתְכַּתְּבִין

נִתְכְּתַב

יִתְכַּתְּבוּן	תִּתְכְּתַבְנָה
יִתְכַּתַּבְנָן	תִּתְכַּתַּבְנָן

Legitur cum hiric vel ſere ſub ſecunda, אֶשְׁתְּבַח & אֶתְעֲבַד. Et ſine ת אֶכְתֵּב.

Non eſt neceſſe monere, mutationem & tranſpoſitionem quæ Hebraicè fit, vbi Pe eſt vna ex literis זשטץ fieri & Chaldaicè. Huius coniugationis verba interdum regunt accuſatiuum.

verbis incipientibus à conſonante. Inuenitur cum ſurec ſiue potiùs kibbuts poſt ſecundam, לְמֶעְבַּר. Additur etiam interdum ח paragogicon לְמֶעְבְּדָא Pſal.118.

Illa autem quæ veniunt in ות, videntur potiùs eſſe nomina; מְקַטְלוּת. Vtráque formá infinitiui Chaldaici in Hebræo cõtextu ob linguarum vicinitatem reperias לְמִקְרָא Ad conuocandum. לְמַסַּע Ad proficiſcendum. per pathahh, ob duorum punctorum hiric & pathah affinitatem. item אִתְחַבְרוּת Dan.11. Coniungi, ſeu coniunctio.

[Auctores Gemaroth frequẽtiſſimè eam formam vſurpant, quæ more Hebraico formatur, accedente in fine Iod, hoc modo לְכָתוּבֵי לְכָתוּבִי] ad quam formã quidam illud לְשָׁרְשֵׁי Ad eradicandum, id eſt, exilium, etſi in hiric deſinat, referunt: & Nehem.13. עַל נָאֲרֵי.

IMPERATIVVS.

Maſcul.

כְּתֹב	
כְּתֻבוּ	כְּתֹב & interdũ
כְּתֻבוּ	כְּתֹב

Femin.

כְּתֹבִי & per pa-	כְּתֻבְנָא
כְּתֻבִין ragogen	

Imperatiuus habet tres formas, vt vides. Et cùm prima eſt gutturalis, ſic ſcribitur עֲבֹד, pro quo malè ſcribebatur עִיבֹד; Iod enim ſine punctis ¨ vel ¯ & interdum ſeua indicat.

Antea ſcribebatur כְּתוֹב כְּתוּבוּ ſed kibbuts Chaldæis hîc & in futuro eſt magis peculiare.

Inuenitur feminin. plurale ſine Nun שְׁמַעָא Audite. Iſa.9.

FVTVRVM.

Singulare.

	אֶכְתֹּב	1. perſona.
3. femin.	תִּכְתֹּב	יִכְתֹּב 3. maſcul.
2. femin.	תִּכְתְּבִי	תִּכְתֹּב 2. maſcul.

Plural.

	נִכְתֹּב	1. perſona.
2. maſ.	תִּכְתְּבוּן	יִכְתְּבוּן 3. m.
2. fem.	תִּכְתֹּבְנָה	יִכְתֹּבְנָה 3. f.†

Triplicem habet formam, vt אֶעְבֵּד יַעְבֵּד & יֶעֱבַד תַּעְבַּד &c. Et אֶפְעַל præſertim vbi ſecunda aut tertia eſt gutturalis.

Prima perſona vtriuſque numeri rariſſimè cum א paragogico reperitur: אֶקְטְלָא נִקְטְלָא.

In tertiis perſonis Syri vtuntur נ pro Iod: dicunt enim נִקְטוֹל pro יִקְטוֹל, vt paſſim in Prouerbiis, quæ merè Syriaca lingua conſcripta ſunt, perſpicere licet.

Secunda femin. ſingul. inuenitur cum Nun paragogico.

Tertia & ſecunda plural. maſc. Nun abiiciunt; יֵאבְדוּ Ier.10. ℣. 11. qui ſolus in toto Ieremia eſt Chaldaicus; vbi pathah ponitur pro ſcheua.

Cum gutturali ſic poſſunt mutari, vt Ezr.4.& 6. תַּעְבְּדוּן & תַּעְבְּדִין. † Hic plus habes vnam perſonã, quàm in Hebræo, nec mirum videri debet, quòd hæc perſona cum Iod ſcribatur, cùm apud Hebræos ter occurrat tertia perſona per Iod, vt Maſſoritæ annotarunt. Gen.30. וַיֶּחֱמֶנָּה 1.Sam.6. וַיְשַׁלְּחֻנָה & Dan. 8. וַיַּעֲמֹדְנָה, quæ tria Androgyna appellarunt: quæ quidẽ perſona interdum ad mares pertinet.

Si vltima fuerit gutturalis, vel ר, ſcribetur cum pathahh ſub ſecunda: אֲמַר יֵרַע. quod poteſt dilatari יֵרֵעַ.

Verba autem quæ holem poſt ſecundam habent, formant Benoni etiam per ו, vt חָרוֹב, vel חֲרוֹב vt alij ſcribunt. Idem in aliis obſeruatur פָּרוֹק Redimens vel redemptor, קָטוֹל Interficiens vel interfector. quæ videri poſſint magis nomina Toarim.

Inuenitur etiam femin. (vt apud Syros) cum ת, maximè in pauſa, vt 2 Reg. 4. מָלֶכְתָּ Regnans; & Gen.16. vt alij habent codic. עָרֶקְתָּ Fugiens. Item plurale cum ¯ legitur Dan.5. חַשְׁחִין פָּרְסִין & Ezr.6. Vox femin. plur. pro maſculina ſæpiùs in hac lingua ſumitur.

Porrò formæ Hebraicæ in Chaldaiſmo reperiuntur, vt רוֹכֵב Equitans, pro רָכֵב. אָנוֹס pro אָנֵס Vi oppreſſus. &c. quod etiam in aliis modis obſeruatur.

BENONI componitur cum pronominibus primæ & ſecundę perſonæ maſcul. אֲנָן אֲנָא & אַתּוּן אַתְּ prima litera reſecta hoc modo:

Tu ſcribens.	Ego ſcribens.
כָּתְבַתְּ	כָּתְבָנָא
Vos ſcribentes.	Nos ſcribentes.
כָּתְבִיתּוּן	כָּתְבִינָן

Rabbini hanc rationem componendi videntur voluiſſe imitari, cùm dicunt מְקַבְּלָנִי Edoctus ſum à maioribus. Auctores Gemaroth reſecant Nun tertiæ & ſecundæ כָּתְבִי & כָּתְבִיתוּ.

Apud Hebræos eiuſmodi inueniuntur, vt וַיִּלַּדְתְּ Iud.13. & ſimilia quædam.

פָּעִיל Participium paſſiuum.

Maſcul.

כְּתִיב	כְּתִיבִין
כְּתִיבָא	כְּתִיבָנָא

Femin.

כְּתִיבְתָּא	כְּתִיבָן
כְּתִיבָתָא	כְּתִיבְתָּא

Eo modo, quo Benoni, componitur.

Tu ſcriptus.	Scriptus ego.
כְּתִיבְתָּ	כְּתִיבְנָא
Vos ſcripti.	Nos ſcripti.
כְּתִיבְתּוּן	כְּתִיבִינָן

Ab hoc verò participio paſſiuo formatur coniugatio Peil, quæ tantùm in præterito eſt in vſu, idque in verbis perfectis.

כְּתִיב	כְּתִיבַת
כְּתִיבְתָּ & תְּ	כְּתִיבְתְּ
כְּתִיבַת	
כְּתִיבוּ	כְּתִיבָא
כְּתִיבְתּוּן	כְּתִיבְתֵּן
כְּתִיבְנָא	

Exemplum habes Dan.5. idq; cum א paragogico. תְּקִילְתָּא.

INFINITIVVS.

מִכְתַּב

Et cum literis	בְּמִכְתַּב	כְּמִכְתַּב
	בְּכָל	לְמִכְתַּב

מ nunquam accedit niſi cum ל,

מִלְּמִכְתַּב

מ ſemper infinitiuis Cal præponitur: duo tamen ſunt in Daniele & Ezra ſine מ, לְהֵוָא & לִבְנָא, ſed hæc pertinent ad Quieſcentia Lamed. Quòd verò quidam שְׁמָעָא & הֲלָכָא inter Infinitiua numerant, credo שְׁמָעָא eſſe nomẽ pro Græco ἀκοή, & pro הֲלָכָא ſcribendum תַּלְכָא.

Si prima fuerit חע, primum punctum eſt ſegol: מֶעְבַּד quo quidem puncto vtuntur Syri ſub literis בכלם & איתן, in aliis

GRAMMATICA CHALDÆA.

I. ORDO.

PRIMA coniugatio Cal verborum perfectorum tres habet formas, פָּעַל vt שָׁפַר : פָּעַל vel פָּעַל vt תָּקַל , סָגַר : & פָּעוֹל vt דָּמוֹךְ.

PRÆTERITVM.

Singul.

Fem. 3. pers.	כְּתָבַת	כְּתַב Masc. singul. 3. person.
2	כְּתַבְתְּ & כְּתַבְתִּ	כְּתַבְתָּ 2
	כְּתָבַת Com. mun. 1.	

Plural.

כְּתָבוּ 3. commun.

2. fem.	כְּתַבְתֶּן	כְּתַבְתּוֹן 2. masc.
	כְּתָבְנָא commun.	

Tertia singul. femin. si vltima fuerit ר, formam habet פְּעָלַת vt אֲמָרַת Gen. 16. Si ע, פְּעֶלֶת vt מְנַעֶרֶת , quanquam Syri vnicam formam retinent מְנַעַת. Si prima fuerit gutturalis , פַּעֲלַת , vt אַבְלַת. & aliquando פָּעֶלֶת , vt נָפְקַת , & præcipuè cùm secunda est gutturalis , vt נָחְתַת. Et prima פַּעֲלַת vt צַמְרַת. Verba quæ veniunt à פָּעַל,possunt formare tertiam personam vtriusque numeri , & primam singularē, hoc modo , קְרֵבַת קְרֵבוּ קְרֵבָא , vel קְרֵבַת &c. quia בְּטֵלַת Cessauit, Ezræ 4. inuenitur. Nam sere & hiric, atque etiam segol, puncta sunt affinia , sæpeque inter se permutantur: dicimus enim קְרֵבְתּוֹן, & קְרֵכְתּוֹן, vbi seua post seri quiescit , contra Hebraicæ linguæ canones , qui non vsqueadeò accuratè in Chaldaismo obseruantur. Alij tamen malunt in huiusmodi personis pro sere , segol scribere , קְרֶבְתּוֹן. Sic aliâs in regulas scripturæ Hebraicæ peccat Chaldaismus , vt in כְּתַבוּ & in aliis similibus personis videre est , etsi cum ר, sed rariùs,inuenias. Ita חֲרוֹבְתּוֹן cum seua quiescente diceretur à חֲרוֹב חֲרוֹבַת &c.

Secunda mascul. interdum habet א ociosum, vt יְרֵעְתָּא. Dan. 4. Auctores Gemaroth primam singularem in Iod finiunt מְשַׁחִי , sed accedente affixo redit ת, מְשַׁחְתַּהּ , & חַדְרִי Redij, vt vult Elias. sed verus vsus Danielis est נְטַרַת כְּתָבַת , vt Iod in כְּתָבִית (vt scripserunt hactenus) sere indicet.

Tertiis personis plural. additur sæpe paragoge Nun עֲבַרָן עֲבַדוּן.

Interdum prima pluralis hoc modo inuenitur אֲכַלְנָן אֲכָלְנָן.

BENONI.

Plural. masc.	Singul.
כָּתְבִין	כָּתֵב
כָּתְבָא emphaticè	

FEMIN.

כָּתְבָן	כָּתְבָא
כָּתְבָתָא	
כָּתְבָתָא vel potiùs	

Neutra sæpè habent hiric, דָּלִיק Dan. 7. נָחַת & כָּל 3. cap. & יָתֵב, quæ possunt vbique hiric retinere , vt יָתֵב יָתְבָא יָתְבִין, sed familiarius est seua : יָתְבִין. Et certè puto in istis olim , cùm sine punctis scriberetur , Iod sæpiùs fuisse expressum , vt seua indicaret ; maximè cùm in exemplaribus tum manuscriptis , tum impressis , modò omissum , modò expressum, infinitis locis obseruetur.

Porrò Hebraica in Chaldaica hoc modo transeunt :

ב transit in פ vt פַּרְזֶל בַּרְזֶל Ferrū. Dan. 2.
ד in ט vt טְבָה דְּבָה vel טָבָה Rumor.
ז in ר vt רַהַב זַהַב Aurum.
מִזְבַּח מַדְבַּח Altare. vbi obiter obseruabis pro hiric sub מ heemanti ferè pathahh subst itui , מִגְדָּל מַגְדָּל Turris , vnde Maria Magdalene.
מִקְדָּשׁ מַקְדָּשׁ Sanctuarium.
מִדְבָּר מַדְבָּר Desertum. &c.

Sed punctorum permutationem ex verborum & nominum formis infrà cognosces.

כ in ק vt קְפַל כְּפַל Conduplicauit, complicuit. id auctoribus Gemaroth freque-
ל in ר vt אַרְמְלָה אַלְמָנָה Vidua. (tius.
ם in ן vt מַלְכִין מְלָכִים Reges.
ס in ש vt כְּנַשׁ כָּנַס Collegit.
ע in ט vt יְעַט יְעַץ Consuluit.
ע in א vt אֶרַע אֶרֶץ Terra. עָאן צאן Ouis. עֲמַר עֶמֶר Lana.
ש in ס vt סְמַר שָׁמַר Custodiuit. Sic עֲסָרָא עֲשָׂרָה Decem , quanquam & עֲשָׂרָא dicitur.
ש in ט vt קְטַר קָשַׁר Ligauit.
ש in ת vt תְּלַת שָׁלֹשׁ tres vel tria. & tamen pro שֵׁשׁ dicunt שֵׁת vel שֵׁת Sex.
ת in ט vt טְעָה תָּעָה Errauit : quanquam etiam תָּעָה inuenitur.

Sed non est omittendum , aliquando ad mutationem accedere metathesin.

ר post ע pro תְּרַע שַׁעַר.
ק post ע pro עָק קָעַ.
כ post ר pro רְכִבִין בִּרְכַיִם.
ת post כ pro נְכַת נָשַׁךְ.
ל post ק pro חֲקַל חֶלְקָ.

Nec illud prætereundum , Chaldæis & Syris familiare esse , addita vnā atque altera litera primitiuis , verba plurium literarum formare. vt à עֲבַר fit שַׁעְבַּר , à חֲלַף שַׁחְלַף , à בְּחַר שַׁבְּחַר , à יְדַע אִשְׁתְּמוֹדַע.

E literis verò Chaldaicis quænam radicales, quænam seruiles vocentur , post tractationem nominum agemus.

TRES partes orationis sunt Chaldæis , sicut Hebræis: Verbum , Nomen, & מִלָּה. A Verbo autem exordium sumemus.

VERBORVM ordines sunt octo. Ad primum referuntur Perfecta , quorum tres literæ radicis perpetuò apparent. Ad secundum,Defectiua Pe Nun & Iod יְכָל יְהַב נְפַל. Ad III. Quiescentia Pe Aleph vel Iod. אֲמַר אֲרַת אֲבַל. Ad IIII. Quiescent. Ain Vaf , קָם תָּב. Quintus cōtinet Quiescentia Lamed Aleph vel ה vel Iod , קְרָא בְּנָה חֲדִי. Sextus Duplicantia קְצַץ à קָצַץ. Septimus Composita מְחֵי & אֶתְתָּא אֶתְיָא. Postremus verba quatuor aut quinque literarum , שַׁלְהֵי פַּרְנֵס.

GRAMMATICA CHALDÆORVM libri sacri , quotquot saltem ad hanc vsque diem in nostras manus venerunt , Hebraicis literis & vocalibus conscripti sunt. Nam cùm ob varias rerum & regnorum mutationes , Chaldææ linguæ (vel si mauis illam cum ipsis Bibliis & Hebræis doctoribus Aramæam , sub quo nomine & Babylonicā & Syriacam comprehendunt, appellare) characteres seu typi in vsu esse desiissent ; illi qui literarum monumentis sua scripta mandarunt , eaque posteritati postea prodiderunt , Hebraicis vsi sunt typis , eisque puncta , quæ vice vocalium Hebræis sunt , accommodarunt. Cui quidem rei argumento esse possunt aliquot capita apud Danielem & Ezram Chaldaicè conscripta; ad quorum normam has breuissimas Grammaticæ tabulas retulimus , easque in gratiam eorum qui huic studio sunt dediti, exhibemus,vt quibus in rebus hæc lingua ab Hebræa differat, à quouis animaduerti possit.

Itaque LITERÆ & PVNCTA Chaldæis sunt totidem , quot & Hebræis.

Verùm Chaldaica , linguæ Hebraicæ dialectus eam ob causam non immeritò dici potest ; quòd cū illa multis in rebus conueniat ; totumque illud discrimen, quod est inter vtramque , consistat in Chaldaicis dictionibus , quæ ex Hebræis fontibus emanarunt : excipio tamen eas voces quarum proprietatem sibi ipsa suo veluti iure vendicat , ac eas etiam quas à peregrinis linguis in proprium vsum deriuauit. Vtriusque autem linguæ affinitas primùm ostenditur literarum & vocalium permutatione. Nam literæ אַהֲוֵי cùm Hebraicè inter se permutētur, nihil mirum videri debet , si hîc idem committatur. Quiescentia Lamed א , ה , & Iod, passim hîc confundi cernas : vt הֲוָה Fuit, חֲדָה vel חֲדִי Lætatus est. Et in permutatione dictionū ex Hebr. in Chald. א in Iod, vt שְׁאוֹל שְׁיוֹל Sepulchrum. Nam vbi quiescunt in fere , passim apud Syros esset Iod, vbi Babylonicè א , vt רֵאשׁ & רֵישׁ Caput , מֵאמַר & מֵימַר Dicere & dictum. Pro feminino ה Chaldaicè est א in fine, & ferè aliâs vbi Hebraicè esset ה , vt in Hiphil & Hithpael. quod quidem ה in fine cùm alterum א præcedit , posteriore loco retinetur, נְבוּאָה Prophetia, perinde Chaldaicè vt Hebraicè. א & ע inter se permutantur , vt אֶרַע & עֶרַע Occurrit, contigit. [& pro זְרַע , זְרָא apud auctores Gemaroth.] Item ח & ע, חֲסִין & עָסִין Robustus. quæ interdum etiam eliduntur: תָּרֵי עֲסַר pro תְּרֵיסַר,& תָּתָא pro תַּתְּהַת,pro quo etiam תָּאתָא dicitur. [קְשׁוּט קְשׁוֹט פְּשַׁט שָׁבַע שָׁב] Illi enim solent illas literas ita absorbere,vt nullum aliquando appareat vestigium. quæ quidem elisio fit etiam in aliis literis , vt pro שְׁכָרַת dicunt שְׁכָא. atque in dictione בֵּי pro בֵּית [& apud auctores Gemaroth אֵיכָא pro אֵיתַי dicito. אוּקְ

quas mirificè & ſagaci quodam ingenio conquiſiuit, animaduerſionibus, hæſitantes nonnunquam confirmauit. Tantumque negotij nobis exhibuit & librorum diuerſitas, & eorundem confuſio, vt difficile fuerit, omnia loca reſtituere. proinde non dubitamus quin (maximè circa poſtremam libri partem) ob temporis breuitatem, multa nos quoq. præterierint atq. fugerint. Quamobrem ſi quæ ſint errata in hoc opere, vt quidem aliqua eſſe poſſunt, meminerit beneuolus lector, nihil eſſe ex omni parte beatum, nec vnius hominis eſſe, præſertim mediocriter eruditi, & in laboribus alienis religioſiſſimi, vel Theſeo adiutore, omnes omnium etiam doctiſſimorum virorum lapſus deprehendere atque corrigere. Cæterùm his omnibus, nos priuatis lucubrationibus noſtris, multa partim ex nouo Teſtamento Syriaco, partim ex rituali libro Seueri Patriarchæ deſumpta nomina, radicesque merè Syriacas; multa quoque ex veterum Iudæorum Commentariis recèns eruta vocabula addidimus. Adeò vt hoc citra iactantiam affirmare auſim, à me ſcilicet, præter alios omnes, qui huic rei manum olim admouerunt, pluſquàm media parte auctum fuiſſe ac locupletatum, quod nunc emittimus, Dictionarium. Ne quid præterea remoraretur ſtudioſos, quominùs tàm Hebræorum, quàm Chaldæorum gloſſemata, variosque tractatus euoluerent, omnes ferme quibus Doctores vtuntur, paſſim collegimus abbreuiationes, à Iudæis vel נוטריקון vel ראשי תיבות id eſt, Capita dictionum, appellatas. Eas autem pro maxima parte ac verbum de verbo tranſcripſimus ex libello illo, quem quidam cùm adhuc eſſet ſuperſtes, in celeberrima Pariſienſi ſchola linguæ ſanctæ Regius Profeſſor, huic argumento dicauerat. Nec parum etiam in hoc negotio adiuti fuimus, Aria præſtantiſſime, Aduerſariis tuis & doctiſſimis lucubrationibus, quas pro ſynceritate, ingenuoque animi tui candore vltrò nobis obtuliſti, ſtatim atque inſtituti noſtri factus es certior. Quo quidem vnico facto, vt omittam infinita tua erga me beneficia, iure certè tuo, hic meus labor tibi offerre ſeſe videtur. Quapropter cùm apud Plantinum typographorum noſtræ ætatis principē Antuerpiæ agens, hoc Dictionariū concinnare cœpiſſem, multisq. emendatiſſimis exemplaribus ad eam rem, tū tua ſumma prouidentia, tum etiā incredibili Plantini diligentia vndiq. conquiſitis, perfeciſſem, nullus alius mihi occurrit in tanta doctorū turba, cui meritò illud potiùs, quàm præclaro & nobili Benedicti Ariæ Montani nomini nuncupare deberem: æquum enim iudicabam, quandoquidem vt præcipuum opus eſt Regiæ & Catholicæ maieſtatis perfectum magnificentia, ita etiam ei meritò conſecratum; ſic oportere me hoſce meos labores tibi præſertim dedicare; ſiquidem in hoc tuo beneficio mecum quampræclarè agitur, quòd tam laudabili & magnifico apparatui adiunguntur. Hos igitur, qualeſcunque ſint, benignè recipe, in teſtimonium perpetuæ erga te Fabricij tui obſeruantiæ. id quod, ſi, vti ſpero, feceris, me ad maiora è repub. Chriſtiana aggredienda atque perſoluenda alacriorem promptioremque efficies. Nam ſi clementiſſimus Deus vitam mihi adhuc ad aliquot annos prorogauerit, dabo operam, vt Arabici quoque idiomatis non aſpernanda iaciam fundamenta, quo tandem illius linguæ, cuius ferè per totum orbem terrarum patet vſus, ampliſſimum extruatur ædificium. Iam in hunc finem dictionum ſatis magnam copiam collegi. Reſtat vt, ſi quando alteram huius operis editionem conficere detur, Alphabetica ſerie à nobis iterum deſcribantur: Arabicum enim Dictionariolum, ex quo illas deſumpſimus, ordine quidem Alphabetico, ſed Latinorum more, ſic vt voces Latinæ præcedant, Arabicæ ſubſequantur, olim ab Hiſpano quodam conſcriptum fuit. Illud autem indagine ſumma conquirendorum vndique veterum librorum comparatum eſt, & depoſiti inſtar fidei Andreæ Maſij Theologi ac Iureconſulti, viri profectò doctiſſimi, ac in peregrinis linguis exercitatiſſimi, commiſſum. quod quidem Dictionariolum prædictus Maſius lubens nobis dedit commodatò. Vale, vir ornatiſſime, & eum qui excellentes & egregias animi tui dotes ſuſpicit & vnicè amplectitur, amare pergas. Faleſiæ in muſæolo noſtro, die XII. Auguſti, Anno LXXI.

fuisse. Stella enim quæ proximam sub Sole occupat sphæram, φωσφόρος Græcis dicta, idem planè sonat atque Hebræis נגה, Babyloniis verò נוגהא, id est, Lucifer, siue rutilans. Verumenimuerò tam altas radices in corda hominum (maximè principum qui rerum potiti sunt, antequam Euangelij iubar aureos splendoris sui radios in totum orbem terrarum dispersisset) egit ambitio, vt primorum monumenta postremi semper conati sint interuertere, atque prorsus delere, quò facilius proprij nominis famam fumúmue, deleta priorum memoria, posteritati propagarent. Non secus atque in initiatione noui cuiusdam principis fieri cernimus, vndique scilicet alterius mortui principis numismata colligi atque corradi, vt illis demum in fornacem simul conflatis, postmodum singulatim inaugurati principis nomine obsignentur, expressamque ipsius imaginem referant & symbolum. Hoc modo factum est, vt quæcunque nugaces Græci de rebus diuinis & humanis, cælestibus & terrenis, à veteribus Iudæis & Chaldæis didicerant, in fabulas, & prodigiosa quædam commenta subdolo ingenio commutarint, ne ab aliis vicinis populis ingratitudinis turpissimoque furti crimine conuicti, quasi graculi quidam cæterarum auium plumis exuti exsibilarentur & exploderentur. Vnde apparet verissimum illud esse quod Clemens Alexandrinus in Stromatis, Eusebius in libris De præparatione Euangelica, Atticus Platonicus, Aristobulus, multique alij auctores grauissimi probant, gentiles videlicet, vt Aegyptij, Persæ, Indi, Arabes, Græci, vetereque tam Galli quàm Etrusci populi, si quæ habuerunt, vel de rerum naturæ causis egregia dogmata, vel de religione mysteria, à Iudæis & Chaldæis omnia vsurpasse. In cuius rei testimonium innumera penè exempla indiciaque certissima possem adducere, ni præsentis instituti leges & epistolæ fines prætergredi vererer. Porrò Syra, siue Ieroſolymitana, etsi à Chaldaismo non multum differre multis videatur, nihilominus tamen præter maximam characterum vtriusque linguæ dissimilitudinem, nõ parum etiam discrepat hæc ab illa veteri, cùm in verborum coniugationibus, tum in affixis, punctorum notatione, idiotismis denique & tota ferè linguæ structura, ne quid de pronunciatione vocalium Syriacæ dicam, quæ nihil, aut certè valde parum affinitatis habet cum Chaldaismo, vt facilè poterunt animaduertere docti sedulique lectores, si Syrum noui Testamenti contextum, nostramque eiusdem literis Hebraicis Exscriptionem cum veteris instrumenti Paraphrasi Chaldaica conferre voluerint. Hæc autem circa tempus Cyri Persarum regis, aut non ita multò pòst, regnante videlicet Dario, Hystaspis filio, nomen & originem habuisse fertur. Tunc enim facta est Iudæis illis, qui iam septuaginta annos & amplius in Babylone exulauerant, libera Ieroſolymam redeundi potestas. Qui itaque ex tribu potissimum Iudæ & Beniamin, ducibus Zorobabele Iosedeci filio, Mardochæo, ac Serebæo ad patrias sedes in Syriam tunc temporis reuersi sunt, sensim labentibus annis, Chaldæoque sermone nonnihil immutato, huic linguæ dederunt originem. Atque eo quidem tempore dogmatum Doctorum Iudæorum Ieroſolymitana farrago à R. Iochanan trecentis annis post vastationem Vrbis fuit conscripta, in quam præter Assyrias & Babylonias voces in Syrismum vtcumque detortas, plurima quoque tum à Persis & Arabibus, tum à Græcis & Latinis petita vocabula irrepserunt. Editum est etiam hac dialecto, sed quo tempore non satis constat, Thargum Ieroſolymitanum à paraphrasi Chaldaica Ionathan & Onkelos locutionibus & sensu nonnihil varium ac discrepans. Qua de re factum est, vt AraMæa qua vsi fuerant Daniel & Ezras, illique duo Paraphrastæ, purior quidem & sanctæ Hebræorum linguæ propior ac vicinior remanserit; Ieroſolymitana verò longè ditior & copiosior euaserit. Cæterùm ab Alexandri monarchia vsque ad Christi seruatoris ætatem (cuius ore diuino, vt alibi diximus, Syra fuit consecrata) copiam & diuitias, latissimamque amplitudinis suæ periodum est assecuta. A Christianis autem nascentis Ecclesiæ immutati fuerunt characteres Hebraici, ab Ezra euulgati in aliam formam literarum, quibus etiamnum vtuntur ferè omnes Christiani, qui Asiam incolunt in scribendis chirographicè libris suis. Nec enim adhuc typographicam artem exercent. Ob id autem præcipuè, vt scripsimus alibi, antiqui characteris Hebraici picturam, modumque scribendi mutandum censuerunt, ne quid cum Nazaræis & Hebionitis, quorum hæresim execrabantur, haberent commune. Huius porrò duplicis dialecti duplici charactere describendum præsens Lexicon suscepimus, quòd magnis Bibliis Catholicæ Maiestatis iussu & auctoritate impressis adiungi velles; vt studiosis linguarum, totique adeo Ecclesiæ Christianæ in vtroque Testamento legendo & enucleando aliquid auxilij nostro qualicunque labore & industria afferretur. In quo quidem concinnando, ne quem debita laude fraudemus, quicquid prius Santes Pagninus in Enchiridio suo, recentior quidã in Dictionario Chaldaico, & Elias Germanus tam in Methurgeman, quàm in suo Thisbi collegerant, simul contulimus; omniaque themata in suas classes iuxta verum & genuinum verborum ordinem digessimus. quod hactenus à multis quidem promissum, à nemine tamen præstitum fuit. Quamuis autem ij, quos modò nominaui, auctores, præsertim Santes & quidam alius primi inter Christianos de lingua Chaldaica sint bene meriti, nihilominus tamen pleraque vocabula suis positionibus non adscripserant, neque verborum ordines, vtputà, Quiescentium in media, à Quiescentibus in vltima, & alia id genus plurima, satis commodè distinxerant, sed promiscuè & confusè pluribus in locis vnius radicis surculos in multas alias diuersi generis disciderant: & vice versa multarum inter se ordine & significatu differentium vocum ordines in vnum thema aceruatim congesserant. Quin, quod eorum pace dictum velim, ambo in vocabulis vtriusque Thargum, non tantùm rectè scribendis, sed etiam ex auctorum sententia exponendis persæpè hallucinati fuerant. Sed in consilium adhibito Magistro Aruc, & Elia Leuita, haud leues eorum lapsus deprehendimus; quos, non illos duos secuti tantùm, sed & Commentaria D. Kimchi, & Schelomoh Iarchi, variisq. Bibliorum editionibus, ac manuscriptis exemplaribus inter se collatis, ad recti normam, quantum temporis breuitas nobis permisit, exegimus: in quibus omnibus corrigendis, noster Raphlengius, in Hebræis & Chaldæis iuxtà ac in Græcis sanè perdoctus nos iuuit, eo non solùm quo multùm pollet maturo iudicio, sed etiam suis, quas

BENEDICTO ARIAE MONTANO
TH. DOCTISS. SALVTEM PRECATVR
ÆTERNAM GVIDO FABRICIVS BODERIANVS.

VANTA *ex linguarum cognitione percipiatur vtilitas, illarum maximè quibus ad nos doctissimorum virorum præclara, omnisque eruditionis plena monumenta peruenere, nemo hoc seculo viuit, Aria doctissime, qui te prudentius & melius iudicare atque dignoscere possit; cùm propter earum quam assecutus es exactam peritiam, tum verò quòd in iis à longo tempore adeò feliciter te exercuisti, vt omnes non solùm qui te præcesserunt, quantumuis nominis celebres, hac in re superes; sed posteris etiam potiùs quem sequi debeant, & quò peruenire queant, limitasse; quàm, quod inuenire vltrà possint, reliquisse videaris. Id quod ingens hoc, & verè regale opus, cui mandato Catholicæ maiestatis præfuisti, quodque multis aliis nouis commentationibus, antehac à nemine perceptis & comprehensis, velut rutilantibus gemmis insigniuisti, luce clarius tandem patefaciet, cùm citra omnium inuidiam audacter in studiosorum vulgus prodibit. Ego igitur impræsentiarum (ne, vt aiunt, sus Mineruam) satis feciſſe me arbitrabor, si pauca de dignitate & antiquitate Chaldaicæ Syræque linguæ attigero. Primùm ergo quod ad Chaldæam Babylonicam attinet, certum est eam vnà cum Assyriorum monarchia liberalium artium tractatione, legumque ac iurium promulgatione excultam, longè lateque pomœria sua protulisse. Sic enim natura comparatum est, vt is penes quem est rerum summa ac maxima imperij orbis terrarum administratio, cum legibus & edictis suis suam quoque linguam populis sibi subditis tribuat: aut saltem, si non continuò in omnibus prouinciis quibus huiusmodi princeps imperat, ipsius idioma tanquam vernaculum in omnium ore versatur, sensim tamen illuc irrepit, ac radices suas quàm latissimè diffundit. Atque rem ita se habere satis ex Græcorum sub Alexandro, & Romanorum sub Augusto Cæsare, monarchia constat. In illa siquidem Græcum idioma à Poëtis primùm, deinde à Philosophis & Oratoribus cultum & exornatum, ad summum nitoris & elegantiæ apicem peruenit. In altera verò circa florentissimum & felicissimum Octauij imperium, & paulò antè; præclarissima illa Varronis, Caij Cæsaris, Ciceronis, Sallustij, Virgilij, Horatij, Nasonis, aliorumque quamplurimorum doctrina & facultate dicendi præstantissimorum virorum ingenia, Latini eloquij diuitias ad supremum dignitatis fastigium perduxerunt. & licet tanta librorum copia in Chaldaismo hodie non extet, quanta in Hellenismo, Latinoq. sermone; credibile tamen non est, primæ monarchiæ tam latè patentis idioma, minus quàm alia duo, splendoris, elegantiarum & ornamenti adeptum fuisse. Sed quod summoperè deflendum est, periit nobis iniuria temporum maxima pars veterum monumentorum, quibus antiquissima Babyloniorum lingua consignata, & per manus maiorum ad posteritatem transmissa fuerat. Attamen vel ex paucissimis illis huius linguæ thesauris, qui etiamnum extant, de amplitudine eius nullo modo dubitare possumus, cùm multa sint eius vestigia, quæ adhuc in innumeris, cùm Græcis & Latinis, tum linguarum aliarum vocabulis passim reperiuntur, vt aliquando, non sine delectu, cautione adhibita, ostensuri sumus, dummodo Deus Opt. Maximus vota nostra secundet. Quis enim ambigere potest, quin Medi & Persæ, qui clauum imperij, quem ab Assyriis vi & armis eripuerant, alternis tenuerunt; eorum quoque libros, præclariora monarchiæ insignia, ex archiuis publicis expilauerint? Eccui præterea dubium est, quin Macedonum ille tyrannus, & euersor Asiæ Alexander, tam raram librorum supellectilem vtrique genti postea sustulerit, quam eius præceptor Aristoteles (qui primus Athenis priuatam bibliothecam ex omni genere librorum instruxisse fertur) suppressis auctorũ nominibus, quasi mercem interpolatam, in proprios vsus conuertit? Vnde enim vni homini tanta rerum omnium cognitio, nisi ex veterum Iudæorum & Chaldæorum, vt Zoroastris, & similium monumentis, quæ Metaphysicam, Mathematicam, Physicam, Politicam, Logicam denique continebant, atque conseruabant? Cui quidem non meæ tantùm, sed & recentiorum quorundam sententiæ plenissimam astruit fidem Clearchus Aristotelicæ scholæ haud ignobilis alumnus. In libro siquidem De somno memoriæ prodidit; Quòd cùm Aristoteles disceptaret cum Hyperochide, dixerit: Iudæus erat, qui ab altioribus Asiæ locis, ad maritimas ciuitates descendens, & lingua & animo Græcus fuit. Cumque accidisset, vt eo tempore nos quoque in maritimis Asiæ locis versaremur, philosophiæ amore ad nos sponte venit, qui multò plura nobis attulit, quàm acceperit. Hæc pro Iudæis Clearchus. Pro Chaldæis verò Plato, quamuis Græcus, tamen erga eos per quos profecerat, magis gratus, quàm versutus ille Aristoteles, scriptis mandare in Alcibiade non erubuit, Magiam Zoroastris nihil aliud esse, quàm diuini cultus scientiam, qua filios Persarum reges erudiebant, vt ad exemplar mundanæ reipub. suam ipsi regere rempub. addiscerent. Idem in Epinomide Syris & Ægyptiis propter æstiui temporis in vtraque regione serenitatem, vbi stellæ omnes clarè cernuntur, semper Astrologiæ tribuit inuentionem, Syrumque quempiam auctorem nominum, fuisse perhibet. Nam de planeta Veneris verba faciens in hunc modum, ait: Lucifer enim qui & Vesper, stella ἀφεγδήνης esse dicitur, quod dictum Syrio nominum auctori valde congruum est. Hactenus Plato. Quem vel ex hoc loco euidenter constat, sacri & antiqui cùm Hebræi, tum Chaldæi sermonis haud imperitum fuisse.*

DICTIONARIVM
SYRO-CHALDAICVM,
GVIDONE FABRICIO BODERIANO
COLLECTORE ET AVCTORE.

ANTVERPIÆ
Excudebat Christophorus Plantinus
Architypographus Regius.
M. D. LXXIII.